



**CL. V. Ioannis Wamesii, I. C. Celeberrimi, In Academia
Lovaniensi Antecessoris Primarii, Responsorum Sive
Consiliorum De Iure Pontificio Tomus ...**

Wamesius, Johannes

[S.l.], 1643

De exceptionibus. Consilium CXLIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98691](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98691)

persecutionis; *Barr. in l. Consensuendum de Quomodo*
Quando ind. & in iudic. manu seu facultate
 propria autoritate ingrediendi possessionem; quā
 Actor sibi stipulatus est; & facultate adeundi iu-
 dicii viā ordinariā, per propositionem præsertim
 personalis actionis; *Alex. cons. 10 § Magnifice prator*
nu. 30. vol. 3. Ita ut manifestum sit dictam litispen-
 dentiam coram Scabinis non esse impeditivā huius
 litis; & sic propositam litis alibi pendens seu
 cepta exceptionem frivolam esse: potissimum
 post lapsum quatuordecim annorum; quibus illa
 lis coram dictis Scabinis contra dictum Petrum
 per præfatos alios Actores inchoata, nullum pro-
 gressum habuit; imò vix cepta fuit; & quæ anno
 1566. in eo statu fuit atque etiam permansit, ut de
 cisione actionis idem Petrus contendit, illam
 que in scriptis exhiberi petierit; ad quæ, & post
 quam petitionem nihil amplius in illa causa actum
 fuit; & sic causa per ultroneam dictorum Acto-
 rum desistentiam deserta & perempta fuit, si non
 lapsu triennij ex juris communis dispositione,
l. Properandum C. De iudic. quod lis in ea contestata
numquam fuerit; d. l. Properandum post primo in V.
post litem contestatam, Bald. in l. Ex post editum § cir-
cumdictio D. De iudic. saltem facto & tacita Acto-
 rum renunciatione per tot annorum taciturnita-
 tem.

Quibus ad avertendam hanc litispendentiæ ex-
 ceptionē hoc adiicimus, quod hæc mutatio perso-
 narum, de quā superius obiter diximus, hoc etiam
 efficiat, ut si idem omnino per omnia in utraque
 causa esset genus actionis, eadem causa petendi, &
 petitionis idem finis; & præterea hæc actiones sic
 concurrerent, quod unius electione sequuta super
 ea litiscontestatione altera perimeretur; adhuc
 non esset admittenda hæc exceptio; ob id, quod
 generaliter receptum sit, instantiam non transire
 ad singularem successorem, si de Actore siue de
 Reo agatur, *Innoc. & alij in c. Quia de iudic. Bartol.*
in l. Si eum hominem nu. 4. de fidei iuribus. Iam verò
 Actor huius cause cum suo consorte non ut cohæ-
 redes aut successores universales dictorum Acto-
 rum in priorē illa lite, nec ut hæredes Hadriani
 Amerotij hanc litem instituerunt, sed ut singula-
 res successores ex causa transactionis, & ex cessione
 ipsis facta per dictos prioris litis Actores, de iure
 & actione ipsis tamquam Executoribus testamenti
 D. Hadriani, competente ex dictis Scabinali re-
 cognitione & promissione, nullā factā speciali ces-
 sione dictæ instantiæ, quæ omnino necessaria essent
 ad hoc, ut instantia ad singularem successorem
 transire posset, *Barr. d. nu. 4. Andr. Traquell. De re-*
tract. §. 26 gl. 3. nu. 26. Cui considerationi
 non obstat vitium litigiosum, quod scilicet actio liti-
 giosa cessi non possit, *l. Litis pendente C. de litigiosis;*
 & quod vitium litigiosum contrahatur per solam ci-
 tationem, etiam si lis contestata non sit, *Auth. Liti-*
giosa C. de litigiosis nam et si verum sit, rem seu actio-
 nem litigiosam fieri per solam citationem tunc,
 cum de dominio seu proprietate rei quaritur, hoc
 est cum reali actione, rei vindicatione vel Publi-
 ciana ad illam agitur, *d. Auth. Litigiosa;* sic tamen non
 efficitur litigiosa actio, quæ vel merè personalis
 est, etiam si ad eam agatur, ut ex empto, donato,
 aut alio simili titulo, ex quo solo dominium sine

traditione non transit, *l. Traditionibus C. De pactis;*
 vel hypothecaria seu executiva tantum est: *l. 7*
 nam in personalibus huiusmodi actionibus, ut illa
 seu res sub illis contenta litigiosa fiant, non suf-
 ficit sola conventio seu citatio, sed requiritur præ-
 terea litis contestatio, *gl. 2. in d. l. Litis pendente &*
ibi Doct. late & eleganter vid. Covar. practice. quæst. 15.
nu. 6. quā in dicta priorē lite coram Scabinis in
 actione executiva per additionem seu manus in-
 fectionem factam fuisse Reus non probat. Satis
 igitur ex his constat propositam exceptionem liti-
 spondentiæ fundatam non esse.

De altera exceptione, quod ex concordatis
 Rector non habeat cognitionem de validitate aut
 invaliditate constituti redditus, non est necesse ope-
 rosius agere: nam concordata id eo seu su non con-
 tinet, quia hic agitur non de iure ipsius redditus sed
 de implemento promissionis dicti Petri van Hamme;
 & de venditione dicti redditus, quem cessante etiam
 omni speciali promissione ex natura venditionis
 cogebatur præstare, quod sit talis qualem Reo ven-
 didit, hoc est quod sit hypothecatus, *d. l. Si nomen.*

De exceptionibus.

S V M M A R I U M

Exceptio litis finita.

1. Exceptio Tibi non competit actio, si tu ingressum impedis.
2. Solutionis exceptio impedit litem ingressum.
3. Mendacium puniuntur.
4. Exceptiones peremptoriae ante litem contestatam non proponuntur.
5. Litis contestatio quomodo fiat.

CONSILIUM CXLI.

NOTISSIMUM est, Venerabilis Domine
 Assessor, * omnem exceptionem, per
 quam concluditur agenti non competere
 actionem, ipso iure impedire litis ingres-
 sum contestationemque, si ad hoc proponatur, *l. Si*
pupilli §. videamus de neg. gest. Bar. in l. Nam postea de
iur. iur. & in l. Cum quærebatur de re iud. l. In qua-
rum numero est exceptio solutionis, Barr. in l. Vir
bonus iudicatum solvi & in d. l. Cum quærebatur, Bal. in
reper. l. 2. d. de iur. iur. colum. 14. vers. 2. opponitur, siue
facta sit solutio in iudicio siue extra iudicium; si mo-
do de ea iudici statim sine altiore indagine cõstet,
Bal. in d. l. 2. col. 15. & ideo ea proposita facit non tan-
 tum ad condemnationem definitivam, sed etiam ad
 absolutionem ab observatione iudicij; frustra enim
 fit per plura quod fieri potest per pauciora, *l. De-*
minus testamento de condi. indeb. Cum itaque Gene-
 rosus Dominus Wernerus à Gulpen pro finiēdo
 hoc processu exceperit de solutione, & excipiendo
 apocham Actoris exhibuerit, quam Actor sua
 manu scriptam esse confessus est, de sola exceptio-
 nis potestate & effectu tractandum & cognoscen-
 dum est; reiecta materia actionis propositæ, Nam
 replicatio, quā adversus hanc suam confessatam
 apocham usus est idem Actor, nullā legitimā pro-
 batione ad iura effectū & viribus caret. Percur-
 rendo enim omnium & singulorum testium, quos
 super hac sua replicatione Actor produxit, testi-
 monia, nemo est, qui deponat hanc ipsam apo-
 chā, quam Reus exhibuit, esse eandem in in-
 dividuo

dividuo quam Actor Matthiæ Sartorio tradidit, aut quod illam, quam Reus exhibuit, ab alio aliquo accepit, quam ab ipso Actore; in quo etiam juris præsumptione juvatur, l. Generaliter C. de non num. pes. Deinde qui deponunt de Matthiæ apocha data, dicunt illam non fuisse bonam, & ob id remissam; sic ut non possit hæc quæ nunc exhibita est eum illa esse eadem: quia quæ nunc exhibita est, sufficiens & idonea omnino est. Et quamquam idem Matthias dicat aliam fuisse illam Frambachio fratri Actoris, nihilo tamen magis probatum est, aut etiam præsumendum, illam fuisse eam, quæ hic nunc exhibita est; cum fieri possit ut & tertiam scripserit, & quæ ad Frambachium missa est, ad manus Rei numquam pervenerit; ut revera numquam pervenit. Et ideo fixæ probationis nihil hinc constitui potest, l. Neque natales C. de probat. ne quidem accedente re iudicata seu sententia, quam Actor coram Senatu Leodienfi contra Matthiam retulit: quod nec illa magis id arguat, & res inter alios acta alijs non præiudicat, & denique quod si datione alicujus apochæ laesus est Actor, ex huiusmodi sententia indemnitate conservare possit, & non tantum non constet eandem esse, sed ex adverso ex testimonio Catharinæ tertie in ordine testis constat eandem non esse; cum deponat illam ad se missam, & à se pro Reo assertam fuisse, & Actor dicat ad Frambachium fratrem Rei missam, & ex ejus domo mortuaria per Reum subtractam. Ita ut cum ejusdem Catharinæ testimonio Actor pro probanda sua replica usus sit, non possit eandem Catharinam reprobare, l. Pomponius de negot. gest.

Et ne hac in re motus animi actorum propendeat, ob oculos ponenda est rei verisimilitudo, quæ in hac re ad Reum propendet, & minime ad Actorem, qui nihil veritus concipere libellum de tam magna summa 12524 florenorum, & per testes non ultra probare potuit quam sibi debitos dixit fuisse ducentos Philippicos, pro quibus ex concordia seu transactione accepturus esset ducentos Carolinos; ita ut cum mendacium ejus detegatur, non debeat audiri improba allegatione l. Optimam C. de contrab. stipul. §. si scriptum inst. de inutil. stipul. adversus suam apocham utendo, & Reum naralibus & fide apud omnes conspicuum tam sinistra suspitione onerando. Si igitur vera est apocha, ut vera est, non debet Actor audiri antecedentis & extincti debiti causam refricare volens, & Reum ad contestandam litem provocans, Quibus non obstat doctrina & distinctio Bartoli, in d. l. Cum quærebatur, de forma obijciendi hanc exceptionem, quia inspiciendo acta litis manifeste deprehenditur Reum huiusmodi exceptionem obijcisse non tantum ad merita causæ, verum etiam ad processum: Primò ex tempore propositæ huiusmodi exceptionis, hoc est ante litem contestatam, ante quam peremptoriæ exceptiones non proponuntur, sed tantum dilatoriæ aut litis finitæ, l. Exceptionem C. de probat. l. ult. C. de excepti. Litem autem contestatam tunc non fuisse, & ne nunc quidem esse, ex actis satis deprehenditur.

Nam quamvis per petitionem in jure propositam & responsum sequutam fiat litis contestatio de jure communi, cap. Vnico De

litis contest. Nihil tamen Curia vestra attento, non prius intelligitur lis contestata, quam solemniter post responsum utriusque partis procuratores conceptis solemnitibusque verbis se dicere & negare testentur animo litem contestandi; qui stylus attendi debet, relin. in d. c. Vnico. Secundò, quod verba propositionis sic sonent, quibus in termino procurator Rei usus fuit, deducendo quod reus ab impositione Actoris absolvi debeat, & alibi allegando, nihil restare inquam procedere ad absolutionem Rei &c. Quibus verbis non obscure indicatur Reum huiusmodi exceptionem proposuisse ad processum magis, quam ad merita; vel quod magis est, ad utrumque, ut fieri potest, Bald. loco citato: & si in ijs non satis aperte id continetur, saltem sub generali illa clausula, qua insuper usus fuit, ad omnes fines & effectus &c. satis contineri censetur: qui enim ad omnes fines se proponere dicit, non potest non intelligi etiam si res subiecta patiarur, ad finem præsciendendi & reiiciendi processum proponere; cum qui omnia dicit, nihil excludat. Quare existimo recta via ad absolutionem procedendum, & Actorem à contestanda lite repellendum; ad quam admitti non potest, nisi hoc primum constituto, apocham exhibitam nullius esse momenti, quod nulla ratione admittendum est.

De exceptionibus.

SUMMARIVM.

Exceptio rei iudicatæ.

1. Exceptio rei iudicatæ est litis finitæ.
2. Exceptio rei iudicatæ quando effectum suum habet.
3. Qualitas agentis alterata alterat litis faciem.
4. Res inter alios acta alijs non nocet.
5. Sententia absolutoria non perinde parit effectum rei iudicatæ ut condemnatoria.
6. Sententia non egreditur personam.
7. Mercator interesse maius petere potest.
8. Res iudicata in dubio abesse non debet.
9. Minor adversus rem iudicatam resisti potest.
10. Restitutio minoris quando maiori socio profit.

CONSILIUM CXLIII.

IN altercatione & contentione, quam facit exceptio litis finitæ, de re iudicata pro parte Domini Philippi de la Croix Rei Opponentis proposita, adversus institutam actionem pro parte Ioannis Baptiste Deliafactadi suo & societatis suæ, nomine comprehensis sub ea minorennibus prolibus quondam Domini Caroli Deliafactadi Impetran. varia est juris & facti consideratio. * Et sanè cum exceptio rei iudicatæ non tantum peremptoria, sed etiam litis finitæ sit; quæque non tantum post litem contestatam inter peremptorias exceptiones, ad perimendam Actoris probatam intentionem obijci possit, l. si quidem C. de excepti. l. peremptorias & ibi. gl. C. Sen. res. non posse, gl. in l. Exceptionem C. de probat. sed etiam in ingressu ac limine iudicii ad averendum Actorem ne super proposita actione audiat, c. l. De litis contest. lib. 6. vel res semel judiciali sententia definita, ad initium alterius petitionis seu litis reiiciatur, rationique & legibus consentanea videtur Domini Opponentis responsio in unum tantum casum irreceptibilitatis præcisè concepta, ad averendum Actorem